

Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Tribunal Conscientiæ Per Varias
Examinis Industrias seipsam dijudicantis, Tendentibus ad perfectionem,
præsertim Religiosis accommodatum

Družbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066413

Industria II. De Examine Particulari, deque observationibus in ejus usu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45441

rum consilium dictaverit, hic ego nihil definio, aut præscribo hac in re aliud, quæm hoc unicūm. Examen Conscientiæ nunquam inutiliter fieri proinde quotiescumque fiet semper cum utilitate fiet, itaque quoties quis in utilitatem hanc optat, toties Examen faciat, & quantum quis utilitatem examinis optat, cum tanta diligentia examen faciat, facereque confuescat.

INDUSTRIA II.

*De Examine Particulari deque observationibus
in ejus usu.*

Præteritæ de examine Generali Industriæ sub-jungo hanc de examine Particulari, & qui-dem eam quoque desumo ex doctrina ejusdem S. IGNATII Fundatoris Societatis JESU. Ille igitur de hoc genere examinis hæc observat. I. Triplex tempus assignat huic examini!

UNUM Tempus est Matutinum quo debet homo, statim dum à somno surgit, proponere diligentem sui custodiam, circa peccatum, aut virium aliquot particulare, à quo emendari cupit.

ALIUD Tempus est Pomeridianum, in quo petenda est à Deo gratia ut reminisci possit ille, quoties in peccatum istud particulare inciderit, illudque in posterum cavere, deinde priorem faciat discussionem exigens ab anima sua rationem de peccato illo particulari, percurrens singulas à surrectione horas omnes, ad usque præsentem, quoties illud commiserit, totidemque notis

9: Dicitur
Bickell
Opere 125.
Tom L 15
N: V
58

notis numerum commissum noret, quibus peractis denuo proponat, per reliquum diei diligentius sese cohibere.

TERTIUM Tempus Vespertinum erit, in quo post cœnæ horam facienda est secunda discussio percursis horis, à priore Examine ad præsens Examen elapsis, similiterque erroribus commissis numeratis & notatis.

2. SANCTUS Pater in hoc genere Examinis observat quædam, tum exercitio hujus Examinis tum faciliori celeriorique, sive extirpationi cuiuslibet vitii aut peccati, sive insitioni ac perfectioni cuiuslibet virtutis percommoda. 1. est. Ut quories quis id peccati genus supra quod Examen faciat commiserit, statim manu pectori admotâ doleat de lapsu, quod fieri potest præsentibus nec tamen notantibus aliis. 2. Ut sub noctem computato erratorum totius diei numero, videat an à priori Examine secuta sit emendatio aliqua ad posterius. 3. Ut itidem diem sequentem cum priore conferat, emendationemque videat. 4. Ut id ipsum hebdomadis inter sese collatis faciat: Præter hæc à Sancto Patre observata, observari potest.

3. ETSI ad hoc Examinis genus non multum requiratur temporis, nunquam tamen esse faciendum ita brevi tempore, atque festinato, ut faciens non satisfaciat dictamini & necessitatibus Conscientiæ de eo faciendo dictanti. Undum ergo illi, est justum tempus non festinando ad alia, quæ ordinariè minoris momenti esse constabit observanti. Fjus porrò temporis præcipua pars collocanda erit in dolore & detesta-

A 5 tione

12

cet:

III

tione errati commissi , & in proposito deinde non committendi.

4. EXAMINIS Particularis Materiam esse posse non tantum vitia aut peccata ; sed etiam virtutes, earumque actus, sicut enim non tantum debemus mala & malè non agere, sed etiam bona & bene facere; ita etiam examina, possumus & debemus facere , non tantum , an , & quoties actus vitiosos committamus, sed etiam, an, & quoties actus studiosos seu virtuosos pergamus; ita ut actus vitiosos agere, desuetudine agendi obliviscamur, virtuosos autem consuetudine agendi agere consuecamus , & veluti connaturales nobis faciamus, hoc siquidem est perfectè vitium extirpasse , nescire illud committere; hoc verò viciūlīm esse perfectè virtutem acquisivisse, connaturaliter virtutis actus facere. Sicut ergo Examen Particulare facimus super vitia & peccata, ne illa committamus; ita id facere debemus super virtutes , ut illas non omittamus.

OBSERVANDUM 5. Ut Examen Particulare super vitium extirpandum facilè succedat, accipienda esse vitia non generalia; neque etiam specifica; sed quantum fieri potest, individua v. g. garrulitatem in hoc loco, cum hac Persona, hoc tempore , in hac materia , hac occasione. Item impatientiam talem, hoc loco, tempore, occasione ista, respectu talis personæ. Item superbiam in tali specie actus, in hac occasione, loco tempore , respectu hujus negotii, personæ, &c. Id quod etiam in virtutum exercitio est spectandum servandumque ut nempe non exerceamus nos per examen particulare in generalibus virtutibus, aut latè specificis: v. g.

G. D. 1. 4.
Bick 2.
Opert. 225.
Tom. IIS
N. V
58

in charitate Dei, Proximi, in Obedientia, Humilitate, &c. Sed ut assunnamus hos specie aetius Charitatis Divinæ, Dilectionis Proximi, obedientiæ, humiliationis, in his occasionibus, temporibus, locis, actibus, personis; genericæ enim Examina, seu materiæ Examinum non magnum fructum, & eum tardum faciunt; particulares materiæ summi sunt faciles & celeres. Eæ igitur accipiendæ non illæ: quod vel ipsum Examinis Particularis nomen ratioque poscit.

OBSERVANDUM 6. Ut adhuc filius Examen particulare succedat super vitium aliquod, non sufficiat Examinatori, expectata occasione vitii ultrò se forsan offerente vitare illud, vel attendere, ut vitet illud, vel examinare an vitaverit, an verò & quoties illud commiserit. hæc enim occasionis fortuitæ expectatio, sterilem, & fastidiosum, & diuturnum, insuavemque faciet Examinis Particularis laborem: cum sæpenumero eventurum sit, ut occasio defecit, non committatur vitium, sicque tempus perdatur, vitiosus habitus quietus in animo maneat ac (quod deterius est nec infrequens) expulsus putetur, qui nec diminutus, aut loco motus sit. Examinator ergo, non expectet occasionem vitii committendi, vel vitandi, sed ipsem sibi subministrer (ut sic loquar) occasionem, & in ea impugnet vitium. v.g. Experitur quis se, quoties in aliquo, ab aliquo ad superiorem defertur, molestè id ferre, & suspicari de hoc, vel illo, querelas & murmura miscere, amaro animo esse? &c. vult hoc vitium Examine Particulari expugnare? & se ad mansuetudinem patientiamque in tali occasione,

12

cet:

III

sione, ac delationum materia reducere? is ergo, me authore & suasore, non expectet, ut forte ab aliquo deferatur ad superiorem, & tum demum contra amaritudinem impatientiamque pugnet, sed assignato aliquot sive dierum sive hebdomadarum tempore ad pugnandum cum prædicta amaritudine, assignet simul sibi certas in diem vires, certaque tempora, quibus prædictam amaritudinem in se impugnet, donec & expugnet; non quod habeat, sed quasi habeat, vel habiturus sit occasiones. Impugnet autem vel proposito formalí explicitoque quiete perferendi delationem, in hac materia, in tali modo, ab hac persona, coram hoc superiore, &c. vel oratione auxili divini, ad perferendam modestè delationem; vel complacentiā ex delatione in fructu, & patientiæ in delatione, vel detestatione impatientiæ damnorumque ex ea fluere solitorum in delatione; vel oratione pro eis, ac amore speciali eorum à quibus eum contingit forte deferri, vel proposito sponte sua sese deferendi, manifestandi, accusandi apud superiorem, ubi aliquem in se defectum adverterit, delatione dignum, &c. sic impugnata impatientia delationis, nullo modo poterit subsistere in anima; actuum enim frequentatione nascetur in ea habitus amandi delationem; nascetur facilitas, immo cupiditas illius præferendæ; nascetur animi præparatio, immo prævisio, ita ut insperate non invadat delatio, dolorque ex delatione, atque ita præsum jaculum minus feriet, minusque afficiet. Quod dixi servandum in expugnatione vitii, idem dico servandum in acquisitione & instituione virtutis cujuscunque. Non expectet homo

spirit.

9: D 1° 4
Bick 2°
Opere 228°
Tom 115
N 17
58

spiritualis occasionem ultroneam virtutis exercendæ, sic enim fiet ut ratiō ferè actus virtutis exerceat, tardeque aut nunquam virtutem acquirat, sed ipse sibi occasioes, vel quærat, vel imaginetur, vel sub conditione quādam eas, ac si præfentes adessent, acceptet, ac in eis resolutiones, proposita, actus expressos elicitoque faciat, à Deo petat, optet sibi occurrere. Sic enim fiet ut ante occasionem, sit paratus ad occasionem, discatque miles in otio, qualis debet esse in prælio, quod permagni refert ad profectum, & ad perfectionem. Sed in hoc est infelix spiritualis disciplina, præ aliis omnibus artificiosis practicisque habitibus, quia cùm omnis artis discipuli, ante occasionem exerceant se privatim, & quasi in umbra, in suæ artis operibus, ut postmodum in occasione ad lucem possint, & sciant, eadem artis suæ opera bene, facile, perfecte, promptè, expedite, ex habitu facere. Solius Scientiæ spiritualis alumnī, hoc umbratile in virtutibus exercitium, vel ignorant, vel negligunt, vel contemnunt. Sed volunt nullo exercitio prævio aut vix aliquanto præmisso privatim, & extra occasioes, in occasionibus perfectarum virtutum perfectos actus, sine labore, titubatione, & difficultate, ac repugnantia partis inferioris, aut habitus oppositi facere, & exercere, quasi verò non sit amplior difficultas in virtutum actibus, quam in aliarum artium operibus exercendis. Qui artem cytharisandi nescit, & tamen scire cupit, magna cura & diligentia & frequentia digitos suos format, flectit, curvat, diducit, ut tandem eos assuefaciat ad motum collocationisque rationem

12

ceti

III

tionem celeriter bonam, & bene celerem, &
 tamen in manu cytharisare discentis, non est
 alium impedimentum superandum, nisi quod
 consuetudo non sit, opposita vero consuetudo
 nulla est, quæ debeat expugnari. At vero in
 arte virtutis v. g. Humilitatis, non solum ea est
 difficultas superanda, quæ est in animo ad se
 dejiciendum, & ad se abjectè opinandum,
 sed insuper alia, quæ est facilitas & consuetu-
 do, de se altè superbèque sentiendi & humili-
 lem opinionem de se apud alios vel videndi, vel
 patiendi, vel procurandi, &c. Itaque si in cy-
 tharisatione discenda unum dispositionis defe-
 ctum, ex negatione aut privatione simplici or-
 tum superes, jam difficultas ablata est omnis à
 digitis, & manu, at in humilitatis arte simul &
 difficultas animi ad humiliationem renitentis ab
 eaque abhorrentis, & difficultas ejusdem ani-
 mi ad immodicam sui aestimationem applicatio-
 nem sponte inclinati, usuque assuefacti intro-
 ducta & valde firmata, est superanda. adeò ut si
 una quidem superetur & non altera, humilitatis
 virtus non sit in animo commodè futura. Imò
 etsi expugnata fuerit utraque in certo aliquo
 materiæ & objecti genere, adhuc poterit eadem
 remanere in aliquo genere. Unde apparet
 quanto exercitandi studio opus sit in virtute,
 studio inquam privato, umbratili, quotidiano,
 & in dies crebro, ut sic ante occasionem exer-
 citatus inveniat se animus paratum ad occasio-
 nem, sive hujus, sive illius virtutis, sive in hoc,
 sive in illo objecto, sive in his, sive in illis cir-
 cumstantiis, quod non perficietur melius quam
 illâ jam expôsta ratiōne & Examinis Particu-
 laris

Dr.
 bicki
 Dicitur
 Tomus
 N. V
 58

latis Industriâ, quâ spiritualis athleta singulis diebus certo numero, & certis temporibus exerceat actus certos, certæ virtutis, & super hunc numerum faciat particulare Examen. An scilicet fecerit? an toties in die? an hisce temporibus? an tales, & tam accuratos actus hujuscem virtutis? an verò, & quare neglexerit? &c.

OBSERVANDUM 7. Ad Examen Particulare accipienda esse prius vitia, quâm virtutes, ex vitiis acceptanda prius graviora, quâm leviora, prius incurrentia in oculos, quâm occulta, prius coenunitatem sufficientia, quâm privatim nocentia. Idque ipsum in virtutibus exercendis servandum modo opposito, prius exerceantur virtutes quæ nos in communi perficiunt, quâm quæ privatim, ut sunt externa modestia sensuum, manuum, vocis, affabilitas, amænitas, obedientia externa, prius item in gradibus imperfectis & primis, deinde in perfectioribus, tandem perfectis.

OBSERVANDUM 8. Examen Particulare posse fieri non solum unum, seu circa unam materiam, aliquam particularem, sed etiam multiplex, ac circa plures materias, idque varia ratione, v. g. potest accipi simul vitium extirpandum, & virtus ei opposita inferenda, ita ut eliciatur certo numero in diem detestatio vitii, & propositum, vel actus formalis virtutis. Potest etiam accipi una, altera, tertia virtus, eaque vel disparata, ut charitas Dei, modestia, obedientia, vel intra eandem speciem genericam, minores species, vel intra eandem speciem diversi actus, atque simul circa has plures materias, potest

test fieri Examen particulare separatum. Quod
 etsi non facile permiserim tyronibus quibusque,
 judicio, & doctrinâ non præditis, nec maturita-
 tem habentibus, proficientibus tamen, & in vir-
 tute proiectioribus ac ordinatè omnia agenti-
 bus, certè existimo valde esse utile. Revera enim
 puto vix quenquam ex spiritualibus & bene pro-
 ficientibus esse, qui unius tantummodo speciei
 virtutis actus exerceat in die, & non simul plu-
 rium aliarum, & quidem non ex proposito, ac
 destinato deliberatoque, sed ex actionum exi-
 gentium tales actus incursi. v. g. Si quis Exa-
 minis particularis materiam habeat, profectum
 in charitate fraterna, is sine dubio in singulos
 dies non semel orat ad Deum, sed orat tum sur-
 gendo, tum in meditatione horariâ, tum Sacrum
 celebrans, vel audiens, tum in horis Canonicas,
 tum rosarium Beatæ Virgini solvens, tum in men-
 sa benedictione, tum in examinibus generali-
 bus, tum in Salutationibus Angelicis, ter in die,
 tum in Sanctorum Litaniis vespertinis, &c. in
 quibus omnibus orationibus solet, certè de-
 bet adhibere attentionem, devotionem, Dei
 præsentis agnitionem reverentiamque. Intentio-
 nem communem aut privatam &c. Cur ergo is
 non potest simul eodem tempore iisque diebus
 quibus Examen particulare facit super fraternam
 charitatem fratribus exhibendam, facere etiam
 aliud Examen super reverentiam coram Divina
 Majestate in omni ratione prædicta &c. simili-
 que in alio Examine notare defectus, hujus Re-
 verentiæ, commissos. Cur etiam id non potest
 Examen facere super ordinem temporum &
 actionum, & modum earum, sibi consuetum, an-
 scill.

J. DR. C.
 BICKI
 OPENS 28.
 Tomus
 N. V
 58

scilicet illum servaverit toto die. Evidem nihil video quod prohibeat, cum id a proficientibus praestari possit valde facile, & absque actuacionis periculo, idemque a fortiori de perfectis assero.

INDUSTRIA III.

*Examen Conscientiae vulneribus JESU Christi
jungendum ejusque rei ratio &
praxis.*

Pli ac spirituales viri excogitarunt plurimas, commodissimasque rationes Examinis conscientiae faciendi, ut partim planiorem illustrioremque ficerent hanc exercitationem in via spirituali, plusquam dici potest necessariam, partim ut ficerent etiam etiamque utiliorem, licet per se aliоqui utilissimam. Ex his, hoc loco, unam pono, quae est a vulnerum Christi Domini nostri applicatione, ad Examinis Puncta desumpta. Quinque sunt Examinis Puncta, Vulnera Christi itidem quinque. In prima Parte Examinis aguntur gratiae pro beneficiis. Primum Christi vulnus sit Gazophylacium in quo beneficia, nobis collata reponuntur. In secunda Examinis parte, petitur lumen ad cognoscendas animae, & conscientiae latebras. Secundum vulnus Christi sit Sol illuminans, quo postulatur & sumitur radius, ad illuminandas cordis tenebras. In 3. Examinis parte indigantur vitia & peccata. Tertium Christi vulnus sit speculum ad quod anima intuetur se, & omnia dicta, facta, cogitata, omissa sua speculator, atque ob-

V.P. Druzb. Op. IX.

B

liqui-